Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Matronae honestißimae Annae Güsebiers/ Matri desideratissimae liberi hodie parant, Omnes Academiae Cives in aedem S. Jacobi ad medium horae primae officiose invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1639

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525402

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Huswedel, J.,

in A. Güsebier,

uxor. N. Kerkener.

R. 1639.

49.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0004
DFG

RECTOR
Univerſitati Roſtochienſis,
JOHANNES HUSWEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS
Quas
Matronæ honeſtiſſimæ
ANNÆ Hüſebiers/
Matri deſideratiſſimæ liberi
hodie parant,

Omnes Academiæ Cives in ædem S. Jacobi ad medium horæ primæ officioſè invitat.

BIBLIOTHEK D. MEKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT.

vid. Nic. Kirkener

ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad: Typogr.
Anno M DC XXXIX.

SOlebant veteres diligenter, ne ſuperſtitioſè dicam, cavere, nę quid proferretur δύσφημον, vel male ominatum fieret, quo vel dici poſſet profanari feſtivitas, vel rei agendæ mora obſici, & impedimentum. Hinc Poeta quærit ex Jano illo bifronte,

At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis?
Et damus alternas accipimusq; preces?

Cui ille reſpondens *omina principiis, inquit, ineſſe ſolent.* Hunc morem & conſuetudinem imitati Chriſtiani, & verbis parcerę ſolent male ominatis & linguis animisq; favere, & munera ſibi mutua miſſitare, benevolentiam teſtantes, quæ toto anno inter ſe mutua eſſent uſuri. Mortis verò mentione, tum illis diebus, tum aliis abſtinebant, quod eam cum præcipua quadam δυσφημίᾳ conjunctam, putabant, ignorantes aut non reputantes animo, quantæ commoditatis res & libertatis plena, paucis iſtis literis deſignetur. Habemus ante oculos matronam honeſtiſſimam, pietate & alijs virtutibus, dum vixit ornatiſſimam, ea nobis exemplo teſtari non eſt verita, quod mortis mentio, non tantum, non ſit male ominata, ſed ultro etiam ipſa optanda, & σὺν Θεῷ βουλομένῳ, quod tamen volente Deo fiat, accerſenda: perinde igitur cenſendum ſive ex uſu communi dicatur Mori, ſive quod S. ille Simeon

apud

apud Evangeliſtam vocat, ἀπολύειν ſolvere: Quid e-
nim aliud eſt Mors, quam ſeparatio ſive ſolutio a-
nimæ à corpore; quam liberatio ab omnibus in-
commodis, quæ vitam humanam, quanto diutur-
niorem, tanto plura & majora onerant, premunt,
imò tandem, ut cũ vulgo loquamur, opprimunt.
Exſtat elegans & ſapientiæ plenum colloquium
inter Solonem Athenienſem politicum & Cræ-
ſum Lydorum regem: in quo ille ſapiens humanæ
vitæ, ad ſeptuaginta etiam annos productæ, con-
ditionem graphicè depingit. In iſtis annis, quot-
quot eunt dies, nullus eſt ſive annus, ſive dies τῇ
ἑτέρῃ ἡμέρῃ τὸ παράπαν οὐδὲν ὅμοιον προσάγουσα πρῆγμα qui ad-
ferat, quod alteri ſit prorſus ſimile. Unde idem per
luculentum epiphonema ſubijcit, οὕτω ὦν πᾶς ἄνθρω-
πος ἐστὶ συμφορή. Ita omnis homo eſt calamitas: a-
deoq; negat ſe poſſe quidquam de felicitate ejus
regis, quantum libet felicis, ut ſibi videbatur, pro-
nunciare πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθηται, prius-
quam vita bene defunctum intellexerit. Utut ve-
ro hic ſapiens acu ſe rem tetigiſſe putet; tamen
refellitur ejus opinio, primum ab altero ſapiente
pariter gentili, qui aſſerere non veretur, poſſe
beatum dici, qui ſit beatus, atq; ita, qui poſt obitũ
beatus dici demum & verè quidem poſſit, cum
haud dubie beatum ante fatalem iſtum diem fuiſ-
ſe. Nobis Chriſtianam Philoſophiam profeſſis,

 proba-

probatur quidem ea ſententia, ſed ex longê alia ratione. Quomodo enim beatus ante obitum non ſit, qui licet varijs fortunæ circumventus incommodis, qualia vicies quinquies mille, quingentorum & quinquaginta dierum, aut circiter ſpatia adferunt, tamen vera in ſervatorem ſuum fide feratur, vitam ex ea ſanctam & innocentem degat, ejusq; curriculum, ita ut cepit, abſolvat. Negare certê non poſſumus, quin multa ſint & varia tot annorum incommoda, quæ piis etiam hominibus moleſtiam faceſſunt, verum iſta omnia ut vera in CHRISTUM fide ſuperari poſſunt, ita ab iis, ne amplius moleſta ſint, beata morte, quæ ſit vitæ piæ ſimilis, liberamur. Nihil igitur δύσφημον in ſe continet Mortis mentio, nihil turbat hominem ex CHRISTI formula viventem, nihil ex ea morientem. Exemplo hujus noſtræ pie defunctæ res fiet clarior. Nata ea eſt hac in urbe Anno 1574. die octavo Januarij ex honeſtiſſimis & primariis parentibus, patre quidem Dn. HENRICO Güſebier/eo, qui Senatorio, honores per alios gradus officiorum, ad Camerariatum perduxit, & ſuo tempore natu maximus hac in civitate vixit; Avo autem NICOLAO, qui inter primarios cives & cereviſiarios haud poſtremus exſtitit. Uxor ei erat honeſtiſſima, & moribus prædita ſanctiſſimis matrona CATHARINA Harkenſtroeß/ quæ hujus

noſtræ

noſtræ avia fuit paterna. Mater, ANNA Netlenblads / Dn. CHRISTIANI Netlenblades prudentiſſimi Senatoris & Camerarii ampliſſimi Viri ex conjuge JESCHA Kordes / honeſtiſſimæ fœminæ filia. Ex his majoribus in hanc lucem editæ & per lavacrum regenerationis, & renovationis in Spiritu ſancto regenitæ ANNAM parentes dixerunt nomen: quorum ſollicito ſtudio piè & liberaliter educata gratioſam & nomini convenientem vitam egit. Poſt ad nubiles annos quam pervenit Anno ætatis decimo ſeptimo, legitimis nuptiis petita conceſſit in matrimonium honeſtiſſimi viri & Mercatoris primarij NICOLAI Kerkener / cum quo triginta duos annos, ut matronam honeſtam & piam decebat, in matrimonio placido, concordi & fortunato tranſegit. Quod oſtendunt evidenter, cum alia benedictionis divinæ luculenta indicia, tum octoni liberi in eo producti, ex quibus filiæ quinq; ante matrem deceſſerunt. Filius MARTINUS in Sve iam abiit, ſuperſtitum filiarum altera MARGARETA Viro Clariſſimo Dn. JOHANNI BELOVIO Med. Doctori nupſit, altera CHRISTINA in matrimonio Viri Ampliſſimi Dn. ZACHARIÆ Sebeſſin / Senatoris prudentiſſimi etiam vivit. Sed ante ſedecim annos hoc matrimonium obitu mariti ſolutum eſt, ipſa ab eo tempore in viduo ſtatu perſeverante. In quo cum ita vixe-

 rit

rit, ut piam & honeſtam viduam decebat, fructum benedictionis divinæ pro turbulenta hujus temporis & loci ratione, grato animo percepit, verbo divino audiendo, non publicè tantum, ſed & privatim aſſiduam operam dedit, pauperes ope ſua pro facultate ſublevavit, nemini injuriam fecit, in timore DEI vitam & operam conſumſit, donec proximè elapſi Decembris die trigeſimo ex hac vita, ſive calamitoſa ea dicenda ſit, à calamitatibus, quibus cum homo etiam pius conflictatur, ſive beata prædicanda, propter fidem & bonam conſcientiam, in qua cum hæc noſtra perſeverans deceſſerit, nec miſera in vita fuiſſe, nec non beata, ex ea diſceſſiſſe cenſenda eſt, anno ætatis quinto & ſexageſimo, ſi decem dies acceſſiſſent, integrè abſoluto. Hoc exemplo probatum ac declaratum opinor, quod ante dixi: Non opus eſſe ut ultimū diē & horam vitæ prius videamus, quam beatum prædicemus, vel beatam, cui fidem veram & bonam conſcientiam conſtare deprehendimus. De Cræſo quidem vivente minimè id prædicari potuit, qui magnitudine ſuarum opum, & auri, quod cumulaverat, copia fretus, quaſi jure ſuo, beatitudinis inter homines prærogativam ſibi à Solone tribui poſtulabat. Neq; enim ullos unquam divites numero beatorum ſuæ opes inſeruerunt: quin potius exitio cauſam præbent, niſi rectè habeantur, tractentur

turq; :quod cum videret Solon & ſciret Vir ſapiens; differendam putavit, quæ mutari poſſet, ſententiam. Quis Craſſum illum divitem, ſed inexplebilem, qui aurum Parthicum ſpe jam devoraverat, antequam bellum contra iſtam gentem cepiſſet, beatum dicere poterat, niſi temerarius? magnam, ei miſeriam reſervaverat fortuna, cujus poteſtati ſe commiſerat, adeoq; omnem auri copiam, uno jactu, quaſi in teſſerarum luſu, perditam ad ſe recipiebat, vix tantillum relinquens, quantum ori inplendo liquefieret? Quis ejus generis alios infinitos, vel honorum vento ſublatos & extra fortunæ poteſtatem conſtitutos, ut ſibi videntur, vel voluptatum copia abundantes, ante mortem beatos dixerit, quos nemo rerum humanarum intelligens in lubrico verſari καὶ τὴν περὶ τὸ φρέαρ ὄρχησιν ὀρχεῖσθαι circa puteum ſaltare non videt. Quam enim facile Pompejum ſuæ ambitionis ventus deſtituit? quam facile Cæſarem? quam non calamitoſo tantum, ſed etiam turpi fine Sardanapalus vitam in voluptatum ſordibus & cœno tranſactam concluſit? Fide ſi Chriſtiana præditi fuiſſent, ſi ex vita pie compoſita & finita bonam conſcientiam retuliſſent, non poſt mortem ſolum beatitudo certa fuiſſet, ſed ante etiam prædicanda. Quo teſtimonio, qua laude hanc noſtram defunctam ornan-

dam

damputamus, adeoq; dignam extremum exequiarum Chriſtianarum honorem cui frequentes exhibeamus, facturi rem non ipſi defunctæ magis debitam, quam ſuperſtitibus gratam, & in omnibus, Juriſdictionem Academicam agnoſcentibus præcipuè commendabilem: imo etiam re manifeſta, teſtaturi, ſalutem & incolumitatem Urbis, Academiæ, Provinciæ, hoc novi anni auſpicio omnibus in animo & voto eſſe. P.P. Roſtochii poſtrid. Kal. Januar. cIↄ Iↄc xxxix. Sub ſigillo Rectoratus.

Conventus fiet hora med. prim. in templo S. Jacobi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777525402/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525402/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525402/phys_0016
DFG

turq; :quod cum videret Solo[illegible] Vir ſapiens; differendam putavit, quæ m[illegible] er, ſenten- tiam. Quis Craſſum illum di[illegible] d inexple- bilem, qui aurum Parthicum[illegible] voraverat, antequam bellum contra iſta[illegible] cepiſſet, beatum dicere poterat, niſi ten[illegible] nagnam, ei miſeriam reſervaverat fortun[illegible] oteſtati ſe commiſerat, adeoq; omnem[illegible] m, uno ja- ctu, quaſi in teſſerarum luſu, p[illegible] ſe recipie- bat, vix tantillum relinquen[illegible] m ori in- plendo liquefieret? Quis eju[illegible] lios infini- tos, vel honorum vento ſubla[illegible] a fortunæ poteſtatem conſtitutos, ut ſi[illegible] r, vel vo- luptatum copia abundantes,[illegible] em beatos dixerit, quos nemo rerum hu[illegible] intelligens in lubrico verſari καὶ τὴν περὶ[illegible] ησιν ὀρχεῖσθαι circa puteum ſaltare non vid[illegible] enim fa- cile Pompejum ſuæ ambitio[illegible] deſtituit? quam facile Cæſarem? quam[illegible] itoſo tan- tum, ſed etiam turpi fine Sar[illegible] vitam in voluptatum ſordibus & cœ[illegible] ctam con- cluſit? Fide ſi Chriſtiana præ[illegible] t, ſi ex vita pie compoſita & finita bonar[illegible] tiam retu- liſſent, non poſt mortem ſolu[illegible] do certa fuiſſet, ſed ante etiam prædica[illegible] o teſtimo- nio, qua laude hanc noſtran[illegible] am ornan- dam